

Io¹ trovo che Urbano leggendo questa cifra scrisse in margine di suo pugno al card. Magalotti: Vi diremo chi possa essere tal card^{le} a bocca ».

Copia Nicoletti II 1250, Biblioteca Vaticana.

12. Papa Urbano VIII al Cardinal Richelieu.²

[Roma], 27 febbraio 1627.

« Oclusa tandem sunt in Galliis ora loquentium iniqua et Sorbonensis theologorum senatus temerariam illam censuram damnavit, qua videbatur extra b. Petri ovile princeps quodammodo segregari. Plaudit Roma pietati Ludovici regis... Te vero senatus Apostolicus vocat in societatem regiae laudis consiliisque tuis magnam tanti beneficii partem acceptam refert. Nos certe optatissimum auctoritate tua partum sollicitudini Nostrae solatium fatemur tibi cupimus paternam caritatem rebus potius quam oratione declarare. Iam vero quas non laudes promeritus es iis officiis, quibus pontificii Nuntii dignitatem ab externorum oratorum legibus secerni curasti? Non decebat sane catholicis populis familiaritatem interdici eius antistitis, qui cum pontificiae mentis interpretes sit ea semper consilia meditatur, quae habeantur lumina Spiritus Sancti et praesidia regiae Maiestatis ».

Epist. IV, p. 35, Archivio segreto pontificio.

13. Papa Urbano VIII al Wallenstein, duca di Friedland.³

[Roma], 26 febbraio 1628.

« Nobili viro duci Friedlandie.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem. Feliciter in Germania agitur cum religione catholica. Haec enim non solum in Caes. M^{tie} solio Imperatorem nacta est rei christianae studiosissimum, sed eos quoque principes ibidem circumtuetur, qui pia Imperatoriae mentis vota gloriose exquantur. Quota harum laudum pars ad Nobilitatem tuam pertineat, non latet Ecclesiam Romanam. Perge, nobilis vir, et Dei omnipotentis patrocinium et fidelium plausus hisce actibus promereri. Nos autem Nobilitatis tuae triumphos Apostolicarum litterarum laudatione non modo prosequemur, sed patrem misericordiarum assidue quoque precamur, ut generosis tuae religionis consiliis addat foelicitatem. Quam impense tui nominis gloriae faveamus et quantam spem in te constituerit pontificia sollicitudo, uberius ex Nuntio Nostro cognoscere poteris etc.

Epist. V p. 51, Archivio segreto pontificio.

¹ Nicoletti.

² Cfr. sopra p. 523.

³ Cfr. sopra p. 359.